

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consuetudo c  
cum uariis

In dolore paries filios. Verum est sacramentum huius sentencie quod nulla abstinentia fit a uoluptate carnali que non habeat in exordio dolorem, donec in meliorem partem consuetudo flectatur. Quod cum peruenerit quasi natus est filius, id est ad bonum opus paratus effectus per consuetudinem bonam; que consuetudo ut nasceretur cum dolore reluctandum est consuetudini male.

Augustinus de Genesi contra Manicheos libro II.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

fit] sit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quod] quo L<sup>2</sup>; effectus] affectus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; que] quo B